



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

misso Coloniae, & relicto. *Bucel. in prima sacra Germaniae parte.*

## X.

**A**Lter erat BALDERICVS, *Comitis Montensis Filius*, quintus & decimus *Leodiensium Episcopus*, cui in litteris instituendus à primis annis, commissus est S. BRVNO *generosa Regum Soboles*. Dies consilij de republica capiendis; precibus autem noctes quotidie dabat. Præfuit annis duntaxat tribus; at senio meritòque gravis A. D. DCCC. LVI discessit, & in sua sibi Ecclesia sepulchrum posuit. *vide R. P. Jacobum Lobbetium in sua gloria Leod. Ecclesie.*

## XI.

**V**ltà functum esse Februario exeunte, ad annum MCCCC. XIX. IOANNEM *Heinsbergium* fasti memorant *Leodienses*. Fuit is excellentissimi Dynastæ *Ioannis Heinspergij & Lezvenbergij* heres, ex *Archidiacono Hasbania*, LII *Leodiensis Episcopus*, cum *Archiepiscopis Colonienfi & Trevirensi Cruce signatus*. Legato Apostolico Expeditioni bellicæ contra *Hussitas in Bohemia* nomen dedit; peregrinationem *Hierosolymitanam* suscepit; sed structis in via insidijs inter-

milit; FRIDERICI Tertij coronationi interfuit Aquis-  
grani, ac deinde pertæsus oneris, negotiorum,  
Episcopatum LUDOVICO BORBONIO, CAROLI  
Ducis BORBONII filio reliquit, Heinsbergium  
repetens, vbi mortis meditationi, Deo, sibi que  
in eius sacra æde vacans, nobili coronide vi-  
tam clausit, & in eadem sibi tumulum elegit,  
ut ibi esset emortuum Corpus, vbi totus fuerat Animus  
viventis. Leod. Chron, & alij.

## XII.

**H**ocsemius, Chapeavillus, Bucherius, in sua  
Chronologia ad annum Christi 1333.  
volunt denatum ADOLPHVM de MARCKA,  
Comitis de MARCKA filium, ex Præposito W  
ORMATIENSI, 75 Episcopum LEODIENSEM. Or-  
dinatus est à CLEMENTE huius nominis Papa V.  
Subdiaconus; Diaconus autem, & Sacerdos ab Episco-  
po PRÆNESTINO: denique à BERENGARIO  
Cardinali Episcopo TVSCVLANO, in Episcopum  
consecratus est. Tristi sanè fato in ea incidit  
tempora, in quibus & domi, & foris turbæ  
multæ, adeoque turbatum eius Imperium. Ab  
eodem decretum A. Christi 1334. ut annus  
inchoaretur à Nativitate DOMINI, cum an-  
tea à